



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Sítne per amorem res amata in ama[n]te. disput. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

## DISPV TATIO III.

*Sitne per amorem res amata in amante.*

**A** Vreolus apud Capreolum in 1.d.10.q.1.titi.  
**A** tur probare, non esse verum, quod hoc loco  
asserit D.Thom, rem scilicet amatam esse in aman-  
te per amorem. **Quoniam**, inquit, **a**mans per amorem  
ferius, argue est in re amata, iuxta illud Augustini 13.  
confes. cap. 9. **A**mor meus pondus meum, illo feror quo-  
cumque se feroy. Et illud Bernardi: **A**nima verius est obi-  
amat, quam ubi animat. Cui concinuit illud Christi  
Math. 6. **I**bi est tesubseruatus, ubi est & cor tuum: er-  
go res amata non est in amante per amorem.

Ad hoc argumentum, concessu antecedente, ne-  
ganda est consequentia. Nullum namque est absurdum, si per amorem; & amas dicatur esse in re ama-  
ta, & res amata in amante, alia atque alia ratione. Amata quippe res dicitur esse per amorem in amate, non tamquam per suam similitudinem, quasi amor similitudo sit rei amatae, eo modo quo verbum est similitudo rei cognitae (quo posito enarrauerunt que-  
dam aliae obiectiones Aureoli vbi (upr) sed per in-  
clinationem in rem amatam, ut D. Thomas 4. con-  
tra gentes cap. 19. ait: eo modo quo locus deorsum  
dicitur quodammodo esse in re graui, ratione graui-  
tatis, que est principium producendi deorsum rem  
graueam. Dicitur etiam res amata esse in amante per  
complacentiam: qua in ea acquiescit, ratione cuius  
complacentia res amata dicitur amanti impressa,  
amanusq; reputat amicum quam alterum se. vt Aristote-  
les 9. Ethicorum cap. 4. affirmat: quia de causa &  
bona, & mala amici suscipit, ac si forent suane in-  
matis secundis rebus eius latratur, & aduersis tristitia  
afficiunt, quam propriis suis. Adde, amorem virgare,  
ac mouere amantem, vt frequenter cogitet de re D.  
amata, ac proinde vt cani etiam habeat in facultate  
cognoscente. Que omnia causam reddit, cur in  
more communique loquentium vobis positum sit, vt  
qui amat, dicat se rem amatan habere in corde, iux-  
ta illud Pauli ad Philippien. 1. Eo quod habeam vos in  
corde, & in vinculis meis.

E contrario autem , amans per amorem dicitur esse in te amata, quia per amorē tendit, atque quoad affectum trahitur in rem amatam : amare namque non est ad se trahere rem amatam, sed in eam trahi. Quia ratione Dionysius 4. c. de diuinis nominibus, amorem appellat vim uitiam amantis cum amato. Et Augustinus 11. de Ciuitate Dei cap. 18. ait: *Ita corpus pondere, sicut animus amore fertur, gnoouimus fertur.* Atque hoc ipsum est, quod fonant cetera testimonia, quæ in suo argumento Aureolus colloquuit.

DISPUTATIO IV.

*Vberior declaratio duarum processionum  
diuinarum.*

**E**TI timendum est, ne dum tam reconditum & arcanum processionum diuinarum mysterium contemplamvis, crux ad maiestatem, à gloria opprimamur: quia tamen copiosior aliquantulum carum explanatio multū lucis afferet, ad eam de tota sublimissime Trinitatis tractatione notitiam comparandam, quā in tenebroso huius vite ergastulo profumus habere diuino freti numine tentabimus viam munire. Quia in re eae sequemur normam, ut accommodare loquiamur ad literas Sacras, ad definitiones Ecclesie, ad dicta Sanctorum, atque ad doctrinam D. Thomae: sufficientes omnia correctioni Melius. D. Th.

*Molina* in D.Thomé.

Sit ergo primum fundamentum. In Deo intel- 1. Funda-  
lectus, voluntas, intelligere, & velle, propter omni- mentum.

recte, voluntate, intentione, & vele, propter omniammodum Dei simplicitatem, sunt idem profus, non solum re, sed etiam ratione formalis; virtute tamen inter se formaliter distinguuntur. Itaque unumquodque illorum quatuor in Deo cum ceteris, atque cum essentia divina est idem, & realiter, & secundum rationem formalem: nec nisi virtute eminenterque distinguuntur. Quòd sit, ut habeant, ac si distinguenterent: cùm tamen sint profus idem. Que omnia explicanda, ostendendaque sunt quæst. B. sequent. Interim supponamus hoc loco.

B sequent. Interim supponantur hoc loco.

Secundum fundamentum sit. Ex nostro intelligere (quod inde presertim constat participationem ac imitationem quandam esse intellectio[n]is diuinorum, quod ratione intellectus & voluntatis ad imaginem & similitudinem Dei sumus conditi) felius imperfectionibus omnibus, de diuino intelligere philosophadum non est. Quemadmodum ergo nostro intelligere, quia est vera actio vitalis, per quam vero producitur quid dicitur ab intellectu, non est aliud, quam intellectum vitaliter imaginem rei, qua intelligitur, in se exprimeret, ut art. 1. dicitur, ostendit.

C. intelligere diuinum essentiale tribus personis diuinis commune, licet non sit exprimere vitaliter imaginem essentiae diuinae, que est obiectum primarium, quod per illud cognoscitur, idque propter quod non sit actio, atq; adeo nihil per illud producatur, quod via cum ipsis distinctum sit a producente, nihilominus in se esse operationem diuinam vitalem, que est veluti imago viralis essentiae diuinae, que tamquam obiectum primarium eam in tellectionem terminat, idque propter quod intellegere non est aliud, quam imaginem, aut quasi imaginem eius, quod intelligitur, vitaliter reformare. Ea itaque dumtaxat ratione intelligere essentiale tribus personis diuinis commune, neq; veram neque foream rationem imaginis essentiae diuinae, atq; adeo neque Verbi essentialis, quod eidem tribus personis diuinis commune sit (vt infra q. 34. dicemus) sicutur, quod non si quid ab eis distinctum ad rationem vero imaginis, atq; adeo verbi, necessarium sit ut distinguatur ab eo, cuius dicitur imago, aut verbum. Itaque intelligere diuinum essentiale, quatenus a tribus personis diuinis eo formaliter intelligentibus, & ab essentia diainha tamquam ab obiecto primario virtute differt, est in se quasi quadam imago viralis essentiae diuinae intellecta; quia tandem re & ratione formalis est idem prorsus cum eisdem, neq; imago est, neque verbum simpliciter, ac propriè loquendo.

Notandum est præterea, quemadmodum nostrum velle & amor, neque est imago vitalis rei, quam voluntus & amaritus, neque alcuius imaginis producio: ita velle amore, etque essentiale Dei, secundum suam propriam rationem formalem, non esse imaginem, nec habere se in instar imaginis vitalis essentia diuinæ, qua tamquam primam obiectum amat, sed esse velut inclinationem vitalem in essentiam, indistinctam proflorus secundum rem ratione, nique formalem, sed virtualiter differentem.

*Expositio  
divinarum pro  
coffinum.*

His ita constitutis, in hunc modum explicandas  
censo diuinæ processiones. Pater æternus intelli-  
gendo dicit, generat, ac producit per intellectu Ver-  
bum sibi coeterum Filium suum, sapientiam geni-  
tam. Pater item & Filius diligendo producent &  
spirant per voluntatem Spiritum sanctum, anorem  
spiratum, ac productum, sibi etiam coeterum.

Qua in re primum est animaduertendum. Quem admodum Filius, seu Verbum, includit quid ab eo.

*Explicatio  
minarū pro  
ssonum*

Tertia fundamen-  
tum.  
elle diuinu-  
on esse ve-  
st imagine  
tentia, sed  
eluti incli-  
nationem in  
tentiam.

1. *Fusco-*  
*mentum.*

- 6 -

Secundum

*Intelliger  
diuinum tu-  
bus personam  
comune cui  
neque inie-  
gram ratio-  
nem imagi-  
nis, neque  
verbi sortia-  
tur.*